

**Ex lib. boetii de scholastica disciplina.**

Signum quid sit res ostendit. sed non efficit quod designat.

Omne quod cognoscitur. non secundum vim sui: sed secundum cognoscentis potius comprehenditur facultatem.

Eternitas est interminabilis vite: simul tota et perfecta possessio.

Si digna rebus nomina velim imponere: dicemus deum esse eternum. mundum vero perpetuum secundum platonem.

Deus omnia infinita preteriti ac futuri specia complectens quasi nunc generatur: in sui simplici cognitione considerat.

Omne quod inest sensibus: si ad rationem referas. vniuersale est si ad sensum particulare vniuersale est dum intelligit particulare dum sentit.

Omne futurum diuinus precurrit intuitus. Non frustra in deo posite sunt spes et preces que cum recte sint inefficaces esse non possunt.

**Ex lib. boetii de scholastica disciplina**  
**D**iligentia cuiuslibet operis: obstinatio permolitas.

Logica est scientia: veri falsique indagatrix.

Sicut prudentia sine iustitia parum vel nihil prodest. iustitia vero sine prudentia multum sic scientia sine usu parum. usus vero sine scientia multum.

**Aristoteles.**  
Succincta veritas: licet voce sit tediosa. non tamen est instructiosa.

Grammaticae fructuositas: nullomodo est silentio obliganda per eam enim cuiuslibet scientie commendabilis redditur possessio.

Qui non nouit se subici nunc sciet magistrari. Miserum est enim esse magistrum. qui nunc nouit se esse discipulum.

Discipulus debet esse beniuolus animo. attentus ad audiendum. docilis ad intelligendum. beniuolus ad retinendum.

Scolaris non debet esse discolors.

Discolors est qui curru per vicos et plateas et meretricum cellulas. per publica spectacula per coeas et similia.

Discipulus non sit magistro violetus.

Non est dignus scientia qui scientie insurgit preceptor.

Luxurie seruore studeat discipulus a lienari. Meretricis est nonaria et inferni ianua. via iniquitatis scorpionis percussio viscarum sceleris puteus interitus.

Primum modice sumptum accit ingenius. sed non modice sumptum. ratione conturbat intellectus debet. memoriam eneruat. obliuione imittit. errorem infundit: ignorantiam inducit.

Quid ista lucidius. Quia inconstans nequus felicis discipuli discretio magistratum gaudeat subici. cuius reuerendo metuendoque diligit et fidelis existat.

De seducendo mancipio in quo plenarie confidit dominantis dilectio.

Inuidia si secunda quod euenerit. scilicet in discendo gratuita est sed simpliciter ipsa proprii auctoris est consumptiua.

Non est dignus dulcoris acumine: qui amari indinis nescit inuisari grauamine.

Miserum quippe ingenii est vti semper inuentis: et nunquam inueniendis.

Alios docere proprie est facultatis industrie.

Propter quod prius quis discat: quam doceat.

Rerum effectus exhibitione operis declarant. Sicut in vnoquoque opere mater inuenitur constantia ita vniuersae doctrine et discipline: non uerba est negligentia.

**Ex libro timaei platonis.**

In omnibus siue maximis siue minimis diuinum debet implorari auxilium.

In omni tractatu fieri debet: ut inter initia consideretur quid sit de quo agitur.

Beniuolentiam vniuersitatis tam difficile est inuenire: quam inuentum impossibile digne praesari.

Operi formam dat opifex sui.

Mundus a deo factus est.

Deus auctor maximus est.

In rebus sublimibus: et mediocrem explanationem habere cuiusdam magis bono laboris est.

Optimus est mundi auctor.

Ab optimo longe inuidia relegata est.

Bonitas dei causa fuit factionis mundi et originis omnium rerum.

Mundus tantum est mundus.

Non decet rem antiquiore a post genita regi.

Tempora maxime distinguntur per motu solis.

Deum deorum. quorum opifex idemque pater. ego.

Opera quidem: vos materia dissolubilia: Et non quod per deos deorum intelligi intelligentias et celestia corpora. que de se sunt mortalia. sed sola dei voluntate. perpetuantur.

Ad hoc anima coniuncta est corpori: ut fructur scientis et virtutibus: si autem cum seruore